

**Epistola Græca Simonis Lithi Miseni Calvinistæ In Sva  
Elementa**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1605**

In Calamitosos, Et Capite Censos Miseni Versicvlos.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70627](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-70627)

lis: rotundisque, quadrata, Bauiana & Mae-  
uiana, & quæ cantu suo ne Fauni quidem aut  
Satyri dignarentur. Arrige sis aures, Chœri-  
le, & quid olores mei cantent, ausculta.

IN CALAMITOSOS, ET  
CAPITE CENSOS MISENI  
VERSICVLOS.

**T**limam, Lithe, perdis, & litoram,  
Qui tentas calamosq;, sepiasq;,  
**E**t fractos pede claudicante versus  
Effatis miser imperare Musis.  
Nam quantus pudore est, videre, quantum  
Nutent poplite languido, suosq;  
Conducio pede fulciunt ruinas?  
Illinc stridula triga sordidatos  
Luxato rotat axe Barbarismos;  
Hinc currunt male, perq; tortuosos  
Transuersi velut exeunt fritillos.  
**P R A E T O R E M** pete; Dic diem magistro;  
Expensam tibi reddat ut mineral.  
**D**ANDA est ACTIO; non fuit magister,  
Impostor fuit ille; nil meretur.  
**Q**uis testabitur, inquies? Neganti  
Versus dummodo scripseris, probabis.

Aliud

## Aliud.

*Cum Lithus ex succâ tentaret carmina venâ,*

*Carmina nec numero, nec placuere stilo.*

*ALBUS HOMO, dices; Cur edere car-*  
*mina sperat,*

*Qualia nec solem, nec meruere salem?*

*Causa subest: ne quiit scribēdo Poëta videri;*  
*Sed postquam licuit fingere, iam potuit.*

Ad eiusdem frigidas quæsti-  
unculas.

*HOSTIA cùm tēplis sufficerit una vetustis,*

*Vnica nūc HOSTIIS cur datur Ara trib⁹?*

*Hoc, Misene, rogas? Dicam, Misene, roganti;*  
*Si sapis, ut liceat dissimilare, roga.*

*Pocula dum populo Caluinus plena propinat,*

*Inq̄ meri calices ire, Luthere, iubes;*

*Abstrahitur sacro Cereris velamine plebes.*

*Poculaq̄ innumeris stant adeunda labris.*

*HOSTIA sic geminis deserta recedit ab aris*

*Hinc, Caluine, tuis, inde, Luthere, tuis.*

*Quo potius, nostras quām se cōferret ad arā?*

*Sitamen à vestrâ tuta stat ara manu.*

*Sed dolet, hac nostris seruari munera tēplis?*

*Imò dolet, templis illa migrasse tuis.*